

CAP. XXI.

Et iterum neque portorium, neque privatae publicae tribunalis excellentiae tuae mentis rationes cum dicto Libyrorum limitum magistratu & exactione...

CAP. XXII.

Sequitur dehinc, ut transeamus ad limites Thebaicos, hoc est, duas Thebaidas, quibus praest spectabilis dux qui a nobis hanc administrationem accipit...

CAP. XXIII.

Neque vero eorum quocumque haec facta sunt, conquisitis aliis innovamus. Scimus enim, quomodo Joannes gloriosissimus comes illius magnifice memoriae filius...

CAP. XXIV.

Imperium vero habebit & in militibus & in paganos: in illos quidem pro iure militaris magistratus: in hos autem, pro ratione jurisdictionis Augustalis...

1 Vid. Ptolomeum. 2 De duce Thebaidos. 3 Thebais, provincia Ægypti. in ea Thebe portorium centum. 4 Pto. in 9. Icu hecatompylos. 5 Amman. 22. Illud mirabile, 20000. urbes in Ægypto fuisse temporibus Amari. Pto. in 4. Libanoon seu...

atque homines suppositae huic legi descriptioni subiecimus, portoriumque titulo assignavimus, ab his circa ullam immutationem omnium...

CAP. XXV.

Imperium vero habebit & in militibus & in paganos: in illos quidem pro iure militaris magistratus: in hos autem, pro ratione jurisdictionis Augustalis...

Imperium vero habebit & in militibus & in paganos: in illos quidem pro iure militaris magistratus: in hos autem, pro ratione jurisdictionis Augustalis...

portorium. 10 Τραπεζιται. 11 Τραπεζιτωνος. 12 Αδρον απολας. vid. Edict. 2. 3. 13 Ακριας απολας, dist. ad 3. 1. 3. sed. Et ad Novell. 120. cap. 3. 14 Dixi ad cap. 6. in fin. 3. cod. 15 Αδρια δι κωνσταντινου και ιεροσολων. Idem...

JUSTINI

JUSTINI IMP. AUGUSTI NOVELLÆ CONSTITUTIONES. HENRICO AGYLÆO INTERPRETE.

DE INDULGENTIA RELIQUORUM. QUantum studii & providentiae jam inde ab imperii nostri primordiis in commoda publica contulerimus: & quae sequuntur.

UT CONSENSU MATRIMONIUM SOLVI POSSIT. Nihil in rebus mortalium perinde venerandum est, atque matrimonium: quippe ex quo liberi, omnisque deinceps sobolis ferres existit: & quae sequuntur.

DE HIS QUI IN OSDROENA ET MESOPOTAMIA ILLICITE NUPTIAS CONTRAXERUNT. Idem Imperator Petro sacri ararii comiti. P R E F A T I O.

Egum severitati interdum Imperatoriam clementiam immiseri 7 convenit, praecipue vero quando subditis multis damnis atque incommodis ea res eximit: quale profecto quiddam in praesentia nostra potentia facere visum est. A patre enim nostro qui una cum neque ista matrimonium inveniunt, & punit, & multat, & ad hoc neque ista...

1 Iulianus hic fuit successore Justiniani, cognomento Caropalaes. Paulus Aquilegen. filius nepotem Justiniani fuisse scribit: Zonaras, confobrinum: Cedrenus, forore Justiniani natum: Paulus Diaconus Justinianum matrem appellat. 2 Extat haec Novell. inter cetera Justiniani ordine 148. 3 Vid. Nov. 22. cap. 4. Novell. 140. 4 Vide quo notavi ad Nov. 140. 5 Laus matrimonii. 6 Continuae Novellam Justiniani 122. 7 Severitati clementia miscenda. 8 d. Novell. 144. 9 De qua scriptus ideo certatum inter reges Persiarum & Romanorum, vid. Amm. 17. 10 Saraceni nomen fere antiquum. Eorum enim meminit Sextus Rufus in Trajano, Saraceni, inquit, & Arabum loca occupavit. Sed ne...

TIBERII IMP. DE DIVINIS DOMIBUS CONSTITUTIO. HENRICO AGYLÆO INTERPRETE.

In nomine Domini Jesu Christi Dei nostri. Imperator Caesar Flavius Tiberius Constantinus, fidelis in Christo, clementissimus, pacificus, Alamanicus, Gothicus, Francicus, Germanicus, Alanicus, Wandakicus, Africanus, Pius, Felix, Inclytus, Victor, Triumphator, semper coelestis, Aug. sacratiss. Senatus.

Um opera sint, quae Deo convenient, simulque eundem cum humano genere ortum habeant, in supplicis beneficium esse, maleficia extirpare, & quaecumque subditis utilia sunt, ea & meditari & facere: tum ea ipsa nos praecipuum Imperatorie Majestatis insigne esse arbitramur, ex quo Deus nobis reipublica imperium atque gubernacula dedit, nulla (ut ita loqui liceat) neque die neque nocte quocumque arum rerum studio antiquis carisque habuimus. Hinc certe quom permuti qui partim in incluta hac urbe habitarent, partim ex omnibus ferme subditum nostrorum provinciis alii adstante prodirent, diversimode nos adierint: qui tamen quom prope possessores domusve quospiam Imperatorias praedia & bona sua habent, aliis...

1 Hic successore fuit Justin. 2 de quo 3. sub quo palatium regeret, teste Paulo Diacono. Cedrenus & Zonaras fuisse scribit: τὸν ἱεροκράτορα scribitur.

nihil deliquerint, quod parentes majoresque ipsorum illicite in matrimonio coierint, poenas exigant. Atque haec quidem quom dicent, simul a potentia nostra clementiam petierunt.

Nos igitur horum precibus admittis statuimus, ut nullus omnino eorum in tribus istis provinciis, qui ante eum diem quo Deus nobis Romanorum Imperium esse largitus, in illicitis nuptiis incidit, ob id negotii irretiat, vel difficultatibus ac dispendiis subdatur. Quom enim sacratissimum nostrum ararium ita damno afficiatur, & itis quae ex lege per hanc occasionem erarium ita damno afficiatur, & itis quom tamen quod praeterit, ex specialis beneficium usque ad id tempus condonamus. Quod profecto facimus, non quasi pudicitiam ad quae de hac lata lex est negligamus: sed quod itis qui parvo redempta talia ex fisco subtrahunt, multorumque facultates ac substantias in dictis provinciis quassant, & communes calamitates cient, omnem quatuor occasionem succidamus. Quocirca sane legem illam, & quae in illa adversus eos qui illicite nuptias contrahunt, poenas constitutae sunt, ubique per nostram reipublicam, & in paulo ante dictis provinciis inde ab initio Imperii nostri vim & auctoritatem habere, jubemus. Provincis autem istis ideo benignitatem simul & veniam elargiti sumus, quod qui in illis habitant, Persis, & qui sub ipsis agunt barbaris Saracenis finitimis & vicini sint: itaque humanis affectibus tacti, illos imitari sint, neque naturae motum atque vim superare valuerint.

Proinde quod nobis visum est, & per hanc sacram pragmaticam declaratur formam, gloria tua, quippe pro tempore eisdem magistratum praerit, effectui atque fini tradere & observare fudeto. Dat. Kal. Jan. Constantinop. Imp. DN. JUSTIN. PP. Aug. Anno 1.

DEI AMANTISS. EPISCOPI CUM REIPUBLICAE A DEO NOBIS DATAE CURAM GERIMUS SIMULQUE UT SUBDITI NOBIS IN OMNIBUS JUSTITIAE BONO FRUANTUR, OPERAM DAMUS: & quae sequuntur.

DE SAMARITANIS. Idem Imp. Dionisii sacrorum praetorium praefecto. Ut impiam Samaritanorum heresim, & omni ratione carentem horum vesaniam, ad meliorem frugem perduceremus: & quae sequuntur.

mo fidelis id expressit Ammiano lib. 14. cap. 23. ibi & Scenitis Arabas, quos Saraceni nos postea appellavit. Hae ille. Inle Mahumetis genus, cuius postea Saraceni: polle modum Turcae. Ne putes aliquem eum idiotis ab Agare, Agrenos: aut a Sara Abrahama virore, Saracenos appellari. De phylactis Saraceni alius dixi. 11 Indulgentur nuptiae illicite Osdroenis, de indulgentia illi sicuti quatuor, adde 1. 87. in fin. 12 Ab occidua scilicet plaga, Ammianus 23. loquens de Perside, brum & Scenitis Arabas quos Saraceni postea appellavit. 13 Extat haec Novellae inter reliquas Justiniani, ordine 149. 14 Extat haec Novellae apud Justinianum 144. cui adde Novell. 129.

2 Vid. l. 2. Cod. ad nova praedia titulus praed. suis vel alien. impon. Et. 3 Facit 2. C. 14. 15. 16. 17. 18.



des in contractibus fieri solitas prohibemus: quum denique Imperatoriarum domum procuratores legibus iustitiam pietatis nostrae propofitam sequi iusserimus. Verum quoniam impossibile est, ut extranei, quique procul hinc habitant, pariter omnes huc conveniant, utque nos singularem omnia que ad hunc modum sunt, ubique manifesta faciamus: que ad hac attinent, evidenti lege explicare visum est, quo non solum nostrae aetatis, verum etiam omni futuri aevi hominibus nostrum aequitatis iustitiaeque studium innoscat. Imotescat vero etiam quam Imperatoris nostris aedibus, quive illis praesunt, si quid delinquant, non parcamus: quomodoque si subditis bene sit, id nostram esse opulentiam felicitatemque, & (quia non solum divinarum domuum negotia, verum etiam communia praesentis reipublicae nos cognoscere par est) subditorum facultates, quantum ad curam, nihil ab Imperatoris differre existimemus.

C A P. I.

Statuimus igitur, ut nulli gloriosissimorum, magnificentissimorumve divinarum nostrarum aut piensil. Augularum domuum (quibus & patrimonialis & regia domus, quae ante novas ecclesias sita est, annunceranda est) curatores, aut chartularii, aut provifores aut conductores, aut quicumque alii ad easdem divinas domus pertinent, vel tabulas quae nostram appellationem continent, vel effigies insignia Imperatoria alienis aedibus aut praediis vel mobilibus defunctorum, aut etiamnum superfluum rebus signacula imponere, vel aliorum rusticorum fuscipere, vel solutiones aliquas quae ipsos aut etiam ipsorum proventus transierant, in Augultae domum faciendas curate in posterum aulant: neque si etiam earundem domuum, praediorum, rerum, aut rusticorum partem aliquam ad Augulatae aedes pertinere contingat, hinc ad versus eos qui una cum ipsis possident, fraudis lesionisque occasionem capiant.

C A P. II.

Quin & si quos rusticos, qui in aliorum mancipio sunt, in praesenti ipsos habere, aut quales divinis solutiones accepisse constet, simul ipsos rusticos restitut, simul ipsas solutiones irritas esse iubemus. Quod si de his rebus aut etiam de aliquibus contractibus actionem se habere ad versus alios dicant, nequaquam rem ad se trahant, neque (id quod & absurdissimum & iniquissimum putamus) suarum controversiarum iudices sedent, ob res privam ad ipsos pertinentes ab aliquibus coram competentibus magistratibus in jus vocent, ipsos prompte obedi- re iubemus, & secundum procedendi ex lege ordinem actiones suscipere, indeque manantibus exactionibus cedere, inde perinde ac si ad divinas domus nihil pertinerent: ne hac potestate eos qui ad versus ipsos actiones habent obledere, iisque quae debent fraudare videantur. Adeo autem ab istiusmodi injuriis divinas nostras domus alienare cogitamus, ut controversias apud illarum magnificentissimos gloriosissimosve curatores sive in scriptis, sive sine scriptis iam motas, ulterius procedere non sinamus, extra quam 20 si utraque pars sponte id facere velit. Quod sane si utraque pars non velit, volumus ut unusquisque nostrorum magistratum, in quem partes conferentur, quemve etiam nos assignaverimus, secundum hoc quod recens a nobis constitutum est, controversiam a quocunque horum examinatum, quaeque in illa sorte acta sunt, suscipiat, ac deinceps audiat, quaeque legibus conveniant, de ea statuat.

C A P. V.

Si vero etiam ipsarum Augultarum domuum praefecti, aut chartularii, aut emphyteutae, aut conductores, aut dispendentores, aut qui alio- qui ad illas pertinent, ob res privam ad ipsos pertinentes ab aliquibus coram competentibus magistratibus in jus vocent, ipsos prompte obedi- re iubemus, & secundum procedendi ex lege ordinem actiones suscipere, indeque manantibus exactionibus cedere, inde perinde ac si ad divinas domus nihil pertinerent: ne hac potestate eos qui ad versus ipsos actiones habent obledere, iisque quae debent fraudare videantur. Adeo autem ab istiusmodi injuriis divinas nostras domus alienare cogitamus, ut controversias apud illarum magnificentissimos gloriosissimosve curatores sive in scriptis, sive sine scriptis iam motas, ulterius procedere non sinamus, extra quam 20 si utraque pars sponte id facere velit. Quod sane si utraque pars non velit, volumus ut unusquisque nostrorum magistratum, in quem partes conferentur, quemve etiam nos assignaverimus, secundum hoc quod recens a nobis constitutum est, controversiam a quocunque horum examinatum, quaeque in illa sorte acta sunt, suscipiat, ac deinceps audiat, quaeque legibus conveniant, de ea statuat.

C A P. VI.

De oneribus praefecto etiam, & metatis & angariis, & viarum pontiumque instauracionibus, de descriptioibus quoque & indictionibus tractare nobis visum est: ac ne haec indistincta maneat, consentanea quaedam iustissimum nostrum proposito de illis descriptio procedat. Quum enim privilegia iam olim Augultalibus domibus data ab his illis eximant, recte animum nostrum subit, ut rei utilem & necessarium ordinem imponeremus. Si etenim ab Imperatoriarum exercituum, qui in barbaros emittuntur, transitum, aut etiam nostrum iustum, quo abunde huic incolae civitati annoa sit, aliarumve occasionum causa, specierum quandam contributionem fieri contingat: his omnibus non modo alios subditos, verum Augultarum domuum possessiones & habitacula praefecto etiam obnoxia esse volumus. Ac sane circa has causas, ne divine domus, neque alius subditorum quicquam molestia afficiantur, iubemus: neque ut aliquid illata necessitate fiat permittimus.

C O N S T. I.

Deo simul & iustitia nihil majus existit: absque his enim nihil unquam commode geri potest, & praecipue in nostra hac republica. Exinde enim & recte regnare, & subditos ad benevolentiam, neque non ad summam licet attrahere devotionem. Ea propter cum & nos divinitus, perque iustitiam, imperii scepra susceperimus: & quae sequuntur.

C O N S T. II.

De 26 PROVINCIARUM PRESIDIBUS. On tantum decenter leges ferre summo bono est, sed etiam sancta accurate custodire, & ad effectum deducere, transgressoresque competentibus poenis subicere. Quae enim 27 legum erit utilitas, si in literis duntaxat consistant, non etiam per ipsa facta atque opera subditis utilitatem de se praebent? & quae sequuntur.

C O N S T. III.

De 28 RELEVATIONUM TRIBUTORUM PUBLICORUM. Praestantissima inter homines bona sunt iustitia & benignitas: quarum altera aequabiliter suum cuique tribuit, neque appetit aliena: altera ad misericordiam decurrit, & debitorum incommoditate egentes liberat. Haec ornare firmareque imperium, hac conservare republicam: haec pulchre humanam noverunt gubernare vitam, & quae sequuntur, vid. inst. cod.

C A P. IV.

Ceterum neque per earum aedium quae ad Imperatoris domus pertinent iniquissimos, neque per alienos colonos, aut alium quempiam

1 Vit. leg. 5. Cod. de legibus. 2 Interit enim Principis locupletes habere subdi- tos. Novell. 8. §. 1. l. 3. Cod. de Naturalibus liberis. 3 Hinc illud Plinii ad Trajanum, Tu nihil amplius vis tibi licere, quam nobis. Adde Novell. 149. cap. 3. in fin. 4 De praedictis. 5 Elictae & depraedictae Bona dicitur, adde Nov. 17. c. 15. 6 De quaerenda. 7 De evocationibus alias dixi. 8 l. 10. ff. de iurid. 9 Vid. tit. C. de privileg. domus Augustae. 10 Adde l. 1. ff. de alienatione iudicis. 11 Frangit si a pretorio ad aliam, l. i. ff. de donat. int. cor. l. 4. §. 3. ff. de autor. tut. l. 26. in fin. Cod. de iur. Novell. 123. cap. 2. 12 l. 10. in fin. ff. sub. manum. 13 Erygno dicitur id est, mercede accepta defendere, sic in Novell. 17. cap. 14. Tres trigens Bona in praedictis. 14 Praeferimus merces patrocinii. 15 Dixi ad l. 2. C. ut nemo privatus. 16 Adde Nov. 25. cap. 5. 17 Adde l. pen. ff. de heredi. inst. 18 Adde l. nisi. C. ne licet po- testatibus. 19 H. dicitur dicitur. 20 Licet enim cuique remanere his, quae pro se in- troducta sunt. l. 5. Cod. de resp. l. 29. Cod. de post. Novell. 126. cap. 1. 21 Tio evocavitur.

ALIAE ALIQUOT CONSTITUTIONES JUSTINIANI, JUSTINI, ET TIBERII, EX LIBRO JULIANI ANTECESSORIS.

PRAGMATICA SANCTIO JUSTINIANI IMP. COMPLETENS VARIA CAPITULA.

I. Imper. Justinian. August. ut omnia firma sint, quae Amalafunta, vel Atalaricus, vel Theodatus concesserunt.

Pro petitione Vigili venerabilis antiquioris Romae Episcopi quaedam disponenda esse censuimus ad utilitatem omnium pertinetia, qui per Occidentales partes habitare noscuntur. In primis itaque iubemus, ut omnia quae Atalaricus vel Amalafunta regiae mater ejus vel etiam Theodatus Romanis vel Senatu potestate concessa sunt, inviolabiliter conserventur: sed & ea quae a nobis vel a pia memoria Theodora Augusta quondam conjugae nostra collata sunt, volumus illibata servare, nulla cuiusque danda licentia contra ea venire, quae a praedictis personis pro quibusdancumque rebus vel titulis data vel concessa esse noscuntur, excepta videlicet donatione a Theodato in Maximum pro rebus habitata Marciani: ex quibus dimidiam portionem Liberio viro gloriosissimo dedisse meminimus, reliquam dimidiam Maximo viro magnifico relictam, quas apud utrumque firmari manere censuimus.

II. Ut per Totilianem facta donationes irritae sint.

Si quid a Totilae tyranno factum vel donatum esse invenitur cuiusque Romano seu cuiusque alio, servare vel in sua firmitate manere nullo modo concedimus: sed res ablatas ab hujusmodi detentoribus antiquis dominis reformari praecipimus. quod enim per illum tyrannidem eius tempore factum esse invenitur, hoc legitima nostra notare tempora non concedimus.

III. Neminis vocat in captivitate gentium amissio instrumentorum.

Leet enim generali lege prospectum est, ne instrumentorum amissio dominis, pro quibus instrumenta conscripta sunt, quocunque praedictorum rerum possit inferri: tamen specialiter etiam per illa loca hoc renovare censuimus, cum sciamus per diversas calamitates & hostiles pervasiones tam in ipsa civitate Romana, quam in aliis locis hominibus instrumenta perisse. Nequaquam igitur ex hoc quocunque patiantur calamitiam, aut aliquid sustineant detrimentum, sancimus, ut instrumentorum quidem amissionem vel corruptionem nullum praedictorum pro dominio vel possessione, pro credito, dominis rerum, vel possessionibus, aut creditoribus pro quibus instrumenta conscripta fuisse inferre pragmatum.

IV.

Ed & si quis res absentis vel etiam capti, forsitan greges, per suam aut cuiuslibet auctoritatem inveniat, vel petendo eas tenuit, reverso eo vel liberato, sine ulla dilatione jubemus restitui ipsi vel etiam heredibus ejus. Et si forte ille fatuus male subit, etiam heredibus ejus restituar, legis auctoritas fuggit.

V. Non praesumat quis alienum.

Quia autem verissime putamus diversos tyrannidis tempore res suas per metum alienasse hominibus vel officium quocunque gentibus, vel aliam a Totila commissam actionem vel potentiam vel gratiam apud eos habentibus, sine venditione, sive aliis quibuscumque contracti titulis, modo vero quod factum est prius rescindi desiderare, utpote per violentiam vel per metum tyrannici temporis factum: sancimus omnibus esse licentiam sui recipiendi sine vindicandi, vel possessionis a iudice adipiscendae, praedictis tantummodo videlicet restitutis, qui tamen eo qui se dedisse perhibet adprobante veraciter constitit exsoluta, nec aliquo postea modo vel fraude subtraha, vel ab eo recepta: cum non absque ratione esse putamus multa tunc tempore per metum vel violentiam facta esse, quae nostris temporibus rescindi expolit iustitia, poena videlicet instrumentis inserta propter praedictas sanctiones modis omnibus quiescent.

VI. De tempore possidendi, id est, post captivitatem.

Cum autem Deo propitio nostro imperio fides omnes restituit, sancimus pro nostrarum legum auctoritate triginta necnon & quadraginta annorum praescriptionem, alias insuper, legibus locum habere, & suam tenere per omnia firmitatem: his duntaxat temporibus, quae ad adventu tyrannorum bellica consilio comprehendit, nullatenus in praescriptionum curricula imputandis.

VII. Ut instrumenta irrita revocentur.

Cognovimus, dum hostilis ferocitas Romanam civitatem vel alias obfideret, diversos contractus esse factos inter Romanos qui obfide-

bantur, vel etiam instrumenta conscripta: in praesenti vero quosdam praedictos contractus rescindere vel etiam instrumenta irrita revocare: sancimus, & si postea per hostilem incursionem hujusmodi documenta perierint, nullam esse licentiam quae facta sunt, infruandis, sed omnes contractus oblationis tempore factos in sua firmitate durare instrumenta etiam competentem vim habituri, sed nullum per eorum amissionem dominis praedictorum generandum. quod enim rite perfectum est, per fortuitos belli casus verti subtilitatis non patitur ratio.

VIII. De rebus mobilibus vel immobilibus.

Res insuper mobiles vel immobiles seque moventes, quas a Theodori regis temporibus usque ad nefandissimi Totilae superventum quocunque jure vel titulo Romani possedisse noscuntur per se vel usufructuaris vel alias personis, per quas unumquemque praecipit possidere, in posterum sine aliqua concussione apud eos servamus, eo videlicet ordine quo per praedicta tempora easdem res possedisse noscuntur.

IX. Pro immunitate tributorum.

Ne autem tributorum exactionis intuitu habitatores patiantur molestias quarumcumque provinciarum, sancimus nullis majoris dignitatis officia pro exigendis functionibus dirigi, sed per provincialium iudices & eorum officia quocunque damnum collatores sustineant pro tributorum videantur exactione, licentia non deneganda majoribus iudicibus, & eorum officii, si minus inlatas fuerint functiones, ipsos iudices & eorum officia convenire, & quod minus est illatum exigere, & tam publicas rationes, quam collatoris utilitas procuratur. Dat. anno, die, & Conf. SS.

X. De confirmatione absolutionis tributorum.

Ipsum etiam functionum solutionem per consueta loca vel tempora solenniter praecipimus fieri, nulla innovatione per hostilem adventum solutioni tributorum penitus inferenda, sed pro sua consuetudine vel nostrorum beneficiorum tenore, sive ad arcem sive in provincia, unumquemque solutionem in posterum etiam celebrare.

XI. Ut leges Imperii per provincias ipsorum dilantentur.

Ura insuper vel leges Codicibus nostris insertas, quas jam sub edictali programmate in Italia dudum misimus, obtinere sancimus: & eas quae postea promulgavimus constitutiones, jubemus sub edictali propositione vulgari ex eo tempore quo sub edictali programmate vulgatae fuerint, etiam per partes Italiae obtinere, ut una, Deo volente, facta republica, legum etiam nostrarum ubique promulgata auctoritas.

XII. De suffragio collatorum.

Provinciarum etiam iudices ab episcopis & primatibus uniuscuiusque provinciae idoneos eligendos & sufficientes ad locorum administrationem, ex ipsis videlicet jubemus fieri provincialis, quas administraturi sunt sine suffragio: his etiam codicillis per competentem iudicem esse praestandis: ita videlicet, ut si aliquam collatoribus laesionem intulisse inveniantur: aut supra statuta tributa aliquid excessisse, vel in coemptionibus mensuris enormibus, alisque praedictis vel gravaminibus, aut iniquis solidorum ponderibus possesores damnificasse, ex suis satisfaciunt facultatibus. Quod etiam si quis de administratoribus aut actionariis de praeteritum nefandorum tyrannorum tempore fecisse invenitur, ex suis facultatibus ei a quo abulit, restituitur jubemus, cum nos indemnitate subditorum undique volumus procurari.

XIII. Ut proprietates unicuique restituatur.

Cum autem cognovimus inimico Deo propitio diversis expulsi provincias quosdam greges inventientes ab illis relictas, & suo eas vindicare dominio, licet ad alios antea pertinebant: sancimus causa discussa, quantum quidem ad eos pertinet, eis praestari. Si quid vero ab aliis agnosceret, dominum sui recipere: quod vero excepto domino non cognoscitur, inter illos distribui, qui per eandem provinciarum greges amississe inveniuntur, divisione pro rata portione scilicet facianda.

XIV. De eo cui aliquid ablatum est, ut restituatur.

Si qui etiam collatorem per occasionem tributorum exactiones vel cita- juslibet oneris praetextu, aut alio irrationabili modo a quibusdam in

Cod. de fide instrum. 8 Vid. cap. 13. J. 9 Facit Novell. 36. 10 Idem etiam continetur in Novell. 36. res ereptas tyrannidis tempore auferri possessoribus, nisi ad eos excolantur legitime praescriptionibus. 11 Contractus non ideo rescinduntur, quod oblationis tempore facti. Obfessis ita que contrahere potest: nam & captus potest. l. Nam & Servus. 21. ff. de negotiis gestis. 12 Theodorius hic est a quo Odoacer (rex Theodoricorum & Romanorum, si credimus Paulo Diacono in Originibus) rex Italiae superatus est. vid. Procopium de bello Gothorum. 13 Facit Novell. 36. 14 Episcopi in provincialium iudicium electione suffragium habebunt. 15 Nota a quibus olim eligerent provinciarum iudices. 16 De quibus dicitur ad Novell. Tiberii cap. 6. in fin. 17 Vid. l. 6. in fin. ff. de extrah. criminibus. 18 Facit Edictum 11. cap. 1. 19 Cap. 4. §. cod. 20 Greges etiam foeminio genere dixerunt veteres. Lucretius 4. Bove- raeque greges. Vid. Nomen in Greges.